ſine fructu habetur. quia meminit ab hoc 121
unde proceſſerit uacuatur. Ideoque dñs in euan 122
gelio ait. Qui perſeuerauerit uſque in finem.
hic ſaluus erit. Sequitur. ſponſus & dicit.
Que habitas in hortis auſcultant; & fac me audire
uocem tuam. Sponſa in hortis habitat. quia
ſancta eccleſia. uel quelibet ſancta anima in fruc
tificatione uirtutum mentem uerſat. Cuius uo
cem ſponſus audire deſiderat. quia hoc ſummo
pere xpo placet. ut perfectus quilibet uir in
firmos quoſque uerbo ſancte predicationis ammo
neat. Amici enim auſcultant. quia fideles in
eccleſia ut amicus ſponſi loquatur. pio deſiderio
expectant. Et notandum quod amicus eſt qui
auſcultat. quia qui deum mente integra diligit.
predicatorem quem diligit libenter audit. Un
de in euangelio dicitur. Qui eſt ex deo uer
ba dei audit. Sed quia dum eccleſia ueritatem
predicat. multi non intellegunt. multi quod
percipiunt. prauo intellectu ſubuertunt. ideo
ammonenti ut predicet reſpondet ſponſa et
dicit. Fuge dilecte mi. & aſſimilare capree hy
nuloque ceruorum ſuper montes aromatum. Dilec
tus fugit. quia a reprobis cordibus ſe ne intellega
tur abſcondit. Dum enim reprobe mentes ad
audienda. uel legenda uerba dei peruerſa inten
tione accedunt. digno iudicio ueritatem non

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_259_f122r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5265)